



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Vtrum æqualitas locum habeat in diuinis. artic. 1. disput. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

est necessaria, sed sufficit distinctio rationis, ac virtutis. Ratio est, quam hoc loco in reponione ad primum reddit egregiam D. Thomas, nempe quia generans non generat ut distinguit, sed ut reddit genitum sibi simile, tanquam perfectior est generatio, quare genitum producitur magis simile generanti, ut in superioribus ostendimus: est tamen conditio fine qua generans non generat, quod genitum distinguitur a generante, et quod nihil possit producere seipsum. Quia ergo generans producit genitum sibi simile quod id quo agit aut producit, non verò quod suum principium individuans, proprietatem personalem, id sanè, quo generans generat, debet esse communem generanti & genito, ac proinde idem in utroque, aut specie, ut in rebus creatis, aut numero, ut in diuinis, in quibus quemadmodum generatio, sic etiam similitudo inter generans & genitum est perficiissima. Quod sit, ut necesse non sit rem generantem, quoad id quo mediante generat, distinguiri a genito: quin potius idem cum eo esse possit, solumque virtute ab eo distinguitur, ut in diuinis propter sumnam simplicitatem, summamque similitudinem inter genitum & rem generantem, videtur est: necesse tamen est, ut generans per suam differentiam individuantem, proprietatem personalem, distinguatur realiter a genito.

Ad confirmationem negandam est principium, quo, semper dicere relationem realiter namque, cui conuenit, ut si principium quo, non est relatio, sed quid absolutum: relatio verò principij à qua formaliter dicitur principium quo, non est realis, quando eiusmodi principium à re, cuius est origo, non distinguitur realiter.

Ad quintum neganda est consecutio, si sermo sit de generante quod, de quo loquitur Concilium Lateranense cap. Damnamus, quod solum verò dicitur D. generare sine addito, ut in superioribus ostendimus est: principiū enim quo, cum non distinguitur realiter à re genita, non dicitur simpliciter generare, sed cum addito, tamquam id quo generans generat. Additum, essentiam, absolutam sumptam, non est principium quo, alioquin omnes tres personæ diuinae per eam generarent, sed essentiam sibi certa conditione, nempe, ut in eo, qui habet eam à se, aut ut sit sub paternitate, cùque ratione essentiae absolute sumpta, non tribui generationi, ne quidem eo modo, quo intellectui tribuitur intelligere.

Ad sextum, concessis primo antecedente, & prima consequenti, minorēque ulterius subsumpta, distinguendum est consequens secundæ cōsequentiæ. Si enim sit sensus, Patrem paternitate generare, tamquam principio productiō, neganda est consequentia: si verò sit sensus, Patrem paternitate generare, tamquam principiū formalis, seu ratione formalis, à qua formaliter dicitur generare, quatenus generatione generat formaliter: paternitas verò est idem omnino realiter, formaliter, ac virtute cum generatione, ut questione præcedente articulo secundo ostendimus, concedenda est consequentia.

Inde verò perperam colligitur, paternitatem esse principium quo generandi, potentiamque generatiū.

ARTICVLVS VI.

Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari possit, quasi esse possint plures Filii, aut plures Spiritus sancti.

ONCEVSI negat, estque de fide. Cūm diuinus intellectus non habeat rationem potentiae generative, nisi in eo, qui illum habet à se, ut patet ex dictis.

Filiū plures, aut Spiritus sancti, cur non sint in diuinis.

B tam articulo præcedente, quam quæst. 27. artic. 3. disput. 4. & quæst. 41. artic. 2. disput. 1. Is verò qui eum habet à se, vno actu intellectus unicum producat Verbum ac Filium: fit, ut unus tantum sit Filius, qui rursus per intellectum non producere alium Filium: ed quod intellectus in eo rationem non habet potentiae generative. Cūm item in solo Ratre & Filio voluntas habeat rationem potentiae spiritaliæ, ut locis citatis exposuimus: fit etiam, ut unus tantum producant Spiritum sanctum: qui rursus nō producere alium Spiritum sanctum per voluntatem: ed quod voluntas in eo non habeat rationem potentiae spiritaliæ. Rationes D. Thomæ hoc loco adiuuant, ut hoc melius intelligatur: semper tamen in asserenda cōclusione huius articuli fidei Catholice innituntur, nequæ intendimus eam demonstrare, sed adducere quedam congruentia ad aliquam lumen afferendam eis, que fides docet. Iis, quæ in hoc articulo sunt, iungito, que diximus q. 30. art. 1.

QUÆSTIO XLII.

De æqualitate & similitudine diuinarum personarum adiuvicem.

ARTICVLVS I.

Vtrum æqualitas locum habeat in diuinis.

DISPUTATIO I.

B N haec, & quæstione sequenti comparat D. Thomæ diuinas personas inter se, in hac quidem quoad æqualitatem, in sequenti verò quoad missionem. Ad huius quæstionis intelligentiam legendum est, duobus modis aliquid dici quantum. Vno propriè, illud scilicet, quod habet partem extra partem. Et quidem si partem habeat extra partem ratione sui, dicitur quantum per se, pertinetque ad prædicamentum quantitatis: si vero ratione alterius, ut canticorum palmarum ratione superficie, cui canticum inheret, dicitur quantum per accidens. Altero vero modo impropriè, & per metaphoram dicitur aliquid quantum, illud videlicet, in quo cernitur quidem latitudo aliquo modo, attamen sine parte extra partem, vel quia nō habet partes, vel quia si eas habet, una non est extra aliam. Hoc modo latitudo canticorum quoad intensionem, dicitur quantitas intensionis per metaphoram. Etenim licet, iuxta probabiliorem opinionem, partes habeat intensionis, una tamen nō est extra aliam. Latitudo etiam perfectionis essentialis cuiusque rei dicitur quantitas perfectionis, quia vel non habet partes, ut in Deo, & in gradibus simplicibus, quales sunt differentiae, vel si habet partes, ut sunt genus & differentiae constituentes species aut individuum, una tamen non est extra aliā.

Quantum duobus modis dici.

Quæst. 7. artic. 2. disput. 1. Tertio modo, ut dicitur, quod est per analogiam, dicitur quantum, ut in canticis palmarum ratione superficie, cui canticum inheret, dicitur quantum per accidens. Altero modo impropriè, & per metaphoram dicitur aliquid quantum, illud videlicet, in quo cernitur quidem latitudo aliquo modo, attamen sine parte extra partem, vel quia nō habet partes, vel quia si eas habet, una non est extra aliam. Hoc modo latitudo canticorum quoad intensionem, dicitur quantitas intensionis per metaphoram. Etenim licet, iuxta probabiliorem opinionem, partes habeat intensionis, una tamen nō est extra aliam. Latitudo etiam perfectionis essentialis cuiusque rei dicitur quantitas perfectionis, quia vel non habet partes, ut in Deo, & in gradibus simplicibus, quales sunt differentiae, vel si habet partes, ut sunt genus & differentiae constituentes species aut individuum, una tamen non est extra aliā.

T. 4. De

De huiusmodi quantitate loquitur Augustinus 6. A de Trinitate, cap. 8, quando dicit: *In his quæ non mole magna sunt, hoc est minus quod est melius esse.* Latitudo etiam duratua, sine parte tamen extra partem, qualis cernitur in æternitate, iuxta sensum quæst. 10. artic. 1. disput. 4. explicatum, dicitur per metaphoram quantitas durationis. Ea vero latitudo duratua, qua cernitur in tempore, cum habeat partem extra partem, proprie est quantitas, pertinetque ad prædicamentum quantitaris. Latitudo præterea, qua cernitur in potentia, quoad maiorem aut minorem vim & efficaciam ad agendum, aut producendum, dicitur per metaphoram quantitas virtutis. Quia ergo sicut res secundum quantitatem propriam dicuntur æquales, aut inæquales æqualitate, aut inæqualitate propria, sic etiam secundum quantitatem metaphoram dicuntur æquales, aut inæquales æqualitate aut inæqualitate translatitia: idcirco D. Thomas hac quæstione comparat personas diuinas inter se, quod æqualitatem perfectionis, durationis ac virtutis: in diuini namque cernitur infinita perfectione, infinita duratione, & infinita potentia, ac efficacia ad agendum, que omnia ad quantitatem metaphoram, qua diuinæ simplicitati non repugnat, spectant.

M. M. D. V.

Personas diuinæ esse æquales.

In hoc ergo primo articulo querit D. Thomas in genere: *Vtrum æqualitas locum habeat in diuinis.* Respondetque haec conclusione, Personæ diuinae sunt æquales inter se. Est de fide, ut constat ex illo symbolo Athanasi: *Persona diuina coetera sibi sunt & coæquales.* Et de Filio: *Æqualis Patri secundum diuinitatem.* In Concilio II. Lateranensi, cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica de Patre, Filio, & Spiritu sancto dicitur: *Coæquales, & coenipotentes, & coeteri.* Ad Philippien. 3. de filio ait Paulus: *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* D. Thomas hac ratione probat conclusionem. Dæquale dicitur, quasi per negationem maioris & minoris, ut Aristoteles 10. Metaphys. text. 17, affirmit; sed in personis diuinis non est maius & minus; ergo personæ diuinae sunt æquales. Minorem probat, tum autoritate Boëtij in libro de Trinitate. Tum etiam quia quando unum est maius aliq., est illi inæquale: personæ autem diuinae non sunt inæquales inter se: rerum namque inæqualium non est eadem numero quantitas: quare cum essentia diuina sit quantitas diuinatum personarum, si persona diuina essent inæquales, non haberent eamdem numerum essentiam, arque ad eo non essent idem numero Deus, quod est hereticum: fit ergo, ut non sint inæquales inter se.

Circa primam maiorem obserua, ea de causa. D. Thomas cum Aristotele dixisse, æquale dici, quasi per negationem maioris & minoris, quia ad æqualitatem, ultra negationem maioris & minoris, necessaria est quantitas in utroque extremorum: punctus namque, ut Angelus, neque est maior, nec minor, nec æqualis linea, & quod non sit quantus: Diuus autem Thomas supponit in personis diuinis esse quantitatem perfectionis. Ad æqualitatem præterea necessaria est distinctio inter ea quæ dicuntur equalia: quare una linea non dicitur æqualis sibi ipse.

Eæqualitas duplex.

Circa responsonem ad secundum & tertium animaduertendum est. Sicut duplex est æqualitas, una secundum quantitatem propriam, & altera secundum quantitatem metaphoricanam: ita etiam duplex est similitudinem. Vnam secundum qualitatem propriam, atque haec nec in diuini cernitur, nec extra genus qualitatis, de eaque loquitur Ari-

stoteles in prædicamento qualitatis quando affirmit, *maxime proprium esse qualitatis, ut secundum eam res dicantur similes, vel dissimiles.* Aliam vero secundum qualitatem improprie dictam, quo pacto omnis forma qualitas quedam nuncupatur, ut Aristoteles in prædicamento substantie invenit, dum secundum substantias affirmat significare quale aliquid similitudo: ergo secundum qualitatem improprie dictam cernitur in omnibus generibus, eaque est, quæ reperitur in diuini.

Animaduertendum est præterea, simile sumi duobus modis, Vno, vt est relatiuum æqualis comparationis: quo pacto simile dicitur simili simile, Altero, vt ad relatiuum inæqualis comparationis, significaturque id, quod imitatur alterum tamquam exemplar, aut quasi exemplar: quo pacto species representans obiectum dicitur simili obiecto, obiectum vero non dicitur simile speciei: & imago Cæsaris dicitur simili Cæsari, Cæsar autem non dicitur simili sua imaginis: creatura quoque dicuntur similes Deo, Deus vero non dicitur similis creaturis. Si ergo personæ diuinae considerentur quatenus similes sunt in natura diuina, quam eaque participat, tunc sicut dicimus Filium esse æqualem Patri, & Patrem Filio: ita etiam dicimus, Filium esse similem Patri, & Patrem Filio. At vero si simile sumatur, ut significat id quod imitatur alterum tamquam quid productum ad illius imitationem: tunc dicimus Filium esse similem Patri, quia productum ad imitationem Patris, tamquam imago & figura substantie eius: Patrem vero non dicimus similem Filio. Æquale etiam aliquando sumitur, ut est relatiuum inæqualis comparationis, videlicet quod significat id, quod est æquale alteri tamquam mensura: tunc locum dicitur de eo, quod se habet ut mensuram, non vero de eo, quod se habet ut mensura. Hac ratione dicimus pannum æquari mensuræ, putæ cubito, non vero, dicimus mensuram æquari panno.

DISPUTATIO II.

Vtrum æqualitas & similitudo in diuinis sint relationes reales, an rationis.

*S*icut in 1. distinet, 3. 1. quæst. 1. & in quodlibet. *Sent. fuisse.*
Sæcunda *distinctio.*
Sæcunda *principio.*

Quæst. 6. affirmit, relationes æqualitatis & similitudinis in Deo esse relationes reales. Hanc sententiam probat primò, quia ut relatio aliqua sit realis, satis est, si sit inter extrema realia realiter inter se distincta, & fundamentum sit realiter æqualitas Filii ad Patrem: est inter extrema realiter inter se distincta, nempe inter Patrem & Filium & fundamentum illius est realis, diuina videlicet essentia: ergo æqualitas est relatio realis.

Secundò, si relations æqualitatis Filii ad Patrem, & Patris ad Filium non essent reales, maximè quia earum fundamentum, nempe diuina essentia, esset idem numero in utroque extremo, in Patre nimis & Filio, cum tamen ad relationem realem necessaria sit distinctio ex parte fundamenti, ut autores contrarie opinionis affirmit: id quod tamen constat non requiri, quandoquidem paternitas & filiatione in diuinis relations sunt reales, & earum fundamentum, nempe essentia, est in utroque extremo idem numero: ergo relations æqualitatis reales sunt in personis diuinis.

Confirmatur haec ratio, quia si in duobus hominibus esset idem numero cador, illi essent similes in candore similitudine realiter ergo ut ratio sit realis, necessaria non est distinctio ex parte fundamenti.

Tertiò,